



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

194. An justè ejectus à Religione, si aliquid acquirat, Monasterio acquirat?  
Et ex doctrina hujus quæstionis infertur, an Religiosus ejectus, si se  
dignum efficiat, & reformat suos mores, teneatur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Religiosum electum; ergo etiam iste debet habere ius compellendi Religionem ad eum emendatum recipiendum; nam respondeo quod est dispar ratio. Nam cum Religio sit innocens, mitum non est si potior iure gaudeat, quam Religiosus, qui suis deictis Religionem laesit.

3. Notandum est etiam hic contra Federicum de Semis conf. 38. & alios quos citat, & optimè reprobavit Sanchez loco citato 34. Religiosum electum, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneri ad aliam Religionem transire. Adeo etiam, quod aliqui, ut supra vilius est, probabiliter afferunt, Religiosum electum non teneri redire ad ipsammet Religiosum, nem, de qua electus fuit.

4. Item contra Hieronymum Rodriguez in cōpend. Regul. refol. 57. n. 6. & Emanuel Rodriguez in qq. & in Regul. tom. 1. q. 30. art. 19. puto electos à Religionem non teneri ad praecpta, & ieiunia in regula Religionis de qua electi sunt, sub praecipto contenta, & ita tenentur hoc in lo. Franciscus Suarez in enchirid. cas. conf. lib. 3. §. de voto obedientie, & Sanchez num. 53.

5. Et tandem nota non posse dictos electos ad Ordines Promoueri, unde cum illis debent dispensare Praelati ipsorum loci ante expulsionem per privilegia Ordinis, vel Episcopi, si in illas irregularitates dispensare possunt. Vide Hieronym. Rodriguez vbi supr.

### RESOL. CXCIV.

Aniuste electus à Religione, si aliquid acquirat, Monasterio acquirat?

Eius doctrina huius quæfoniis inferitur, an Religiosus electus, si se dignum efficiat, & reformet suos mores, teneatur cum Monasterium recipere?

Et an teneatur etiam ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus? Ex p. 7. tr. 12. & Mis. 3. Ref. 4. alias 2.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Lopez de Texeda in Controvers. Theologia Moralis tom. primo, lib. secundo, tract. 1. controv. 1. o. dub. 1. n. 12. vbi sic ait. Ceterum religiosum sic per sententiam iustam à Religione electum, quicquid acquirit in saeculo, acquirere Religioni esse omnino certum mihi perfideo propter multa. Primo, quia illius Religiosi delicia, & laudabilis Religionis consuetudo repellendi a se inquietos, & Religionis detractores, non debet ci nocere, nec prædicare; nec debet eam prævaricare quod habebat ad bona illius religiosi. Secundo quia Religionem efficer religiosos inquietos, & scandalos, cique noxiuos, ne sua conversatione prava cum aliis religiosis, illos perdat, est fauor in comodum Religionis, & augmentum eius introducet: ergo non debet in detrimentum eius ob alieuius religiosi facinora retorqueri, nam vt habet regula iuris a nobis non semel repetita, quod in fauorem alieuius institutum est, non debet in detrimentum eius retorqueri: at si Religio vel monasterium ob electionem iustam per sententiam comprobantem eius delicia prævaricari iure, quod habebat ad bona religiosi, favor iste, seu ius, quod habet ad expellendum religiosum inquietum, ut ceteros religiosos bonos seruat, retorqueretur in eius detrimentum, ergo Tertiū; quia religiosus electus à Religione per sententiam iustam non est totaliter à Religione precibus, & auflus, quin si se dignum efficiat, & reformet suos mores ac de perpetrat culpis penitentia, teneatur monasterium eum recipere, & vt diximus teneatur ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus, & id debet habere in preparatione animi, immo si redire noluerit,

Tom. VII.

potest compelli per censuram excommunicationis, & 2. & in alio vel per alias penas, & supplicia, ut exprefse habetur, cap. vlt. de regul. iur. vbi si ponitur electos si fuerint & lego Ref. 193. à principiis stando in iure communī mili placet, licet contraria sit probabilitas: tamen hodie sustineri non potest, ex Ref. 196. nam vt obseruat Eminentissimus Cardinalis de Lugo vde §. Nec de Inquisit. 1. disputation. 3. scđt. 11. num. 140. Sanctarellus tract. de Apostolica cap. 6. dub. 2. num. 6. noster Pater itaque, & Leone de Cens. Recol. 6. litera E. num. 33. Lezana in duos §§. seqq. summa Q. Regul. tom. 1. cap. 23. num. 16. & alij, per motu proprium Gregorij XIII. bona Religiosi electi post ipsius mortem pertinent ad Cameram Apostolicam. Notar tamen & optimè citatus Eminentissimus Cardinalis de Lugo supradictum motum Gregorij XIII. non obstat, si illi Religiosus electus recipiat in alia Religione, quia solum procedit, quando Religiosus extra Religionem obiit, qui autem ad aliam transit, non moritur extra Religionem.

### RESOL. CXCV.

An Religiosi electi, si expendant bona in usus illicitos, teneantur accipientes ea Monasterio restituere?

Et adiuvetur Religiosum habentem licentiam à Superiori expendendi bona in quouscumque usus vellet, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ex p. 7. tr. 12. Mis. 3.

3. Ref. 5. alias 3.

§. 1. Affirmatiuam respondet Lopez de Texeda in Sup. cōtentio Controvers. Theologia Moralis tom. primo, in hac Ref. lib. secundo, tract. 1. controv. 1. o. num. 17. Primo, ait, que ad nos. ipse, quia religiosus electus est verus religiosus non fecus ac alij, qui intra claustrum Monasterij commorantur, nullum alicuius rei dominium habens, & si peruersus aliqua bona infumatur, ac in turpes usus clarigatur, recipientes tenentur restituere id omne, quod ab eo accepterint: ergo idem prorsus dicendum est de religioso iustè à Religione electo. Maior huius syllogismi est certa, & minor etiam est per se nota, consequentia vero sequitur necessariò ex præmissis. Secundò, quia electus etiam per sententiam iustam non aliter potest expendere bona acquisita, quam iuxta Praelati Monasterij voluntatem interpretatiuam, & iuxta facultatem ei ab eo traditam, cum non sit illorum bonorum dominus, ut manifestum est: quia ratione fatetur Molina, & Nos suprà censuimus esse omnino verum, religiosum electum, per ultimam voluntatem sine expressa Summi Pontificis licentia disponere non posse de bonis acquisitis: cuius ratio est, quia usus & commoditas illorum bonorum solum illi conceditur, interim dum vivit, ac presumendum non est Monasterium, nec eius Praelatum ad huiusmodi turpes alienationes ei concedere licentia dum usum, & facultatem talium bonorum ei concesserunt. Immò quamvis Praelatus malè faciem facultatem concederet tali Religioso electo consumēdi pecunias in turpes, & in honestos usus, talis licentia est profusus valore destituta, & id est, talis religiosus electus in dispositione talium bonorum, ita se habet, ac si absque villa licentia de illis bonis disponeret: nam Praelatus non habet potestatem dissipandi bona Monasterii. Tandem confirmantur omnia ista, quia religiosus electus, vel manet verus religiosus, & cum voto sollemni paupertatis, vel non: hoc secundum dici non potest, ut notum est, ergo dicendum est primum: Tunc sic. Sed qui accepit à Religioso solemniter professo bona aliqua absque Praelati licentia, quamvis ipse sine tali licentia alienando illa bona peccet mortaliter,

L 2 mortaliter,